

rarum et locorum eiusdem provincie exennia, propter que collecta in terris, per quas mittebantur, contingit imponi et hac occasione longe maior pecunie quantitas extorqueatur, quam exennii valor exposcit, recipere aliquatenus non presumas.

[10.] Item quod^{te} in aliqua terra vel loco iurisdictionis tue collectas vel exactiones seu taxationes imponi vel exigi nullatenus poteris sine mandato regii celerarius speculi.

[11.] Item quod iudicem et notarium actuum alios secum non habeas, quam per curiam tibi datos; et quod notarium camere vel aliquos alios de terris iurisdictionis tue, qui ratione amicitie seu consanguinitatis vel occasione inimiciciarum, suas habent, pluries inhonesta committunt et ad id lecam iudicarium inducere secum pro posse conantur, vel notarium vel aliquem alium, qui de familia precessoris tui fuerit, in familia tua non debeas retinere. notarium etiam camere talem habeas, qui sit omnino incorruptibilis et fidelis, cum de fide sua et actuum tuorum familiarum tibi curia nostra prorsus iunctabat.

[12.] Item quod omnes malefactores vel alios coram te delatos, quos in defectu fideiussionis te oportebit capere de personis, brevi studeas manu, prout ratio suadet absolvere vel punire, et si forte qualitas obiecti ^{crimini} ~~reus~~ vel causa seu occasio captivus super absolute vel condemnatione ipsius temporis qua